Fragmentarium

[illegible] cum [illegible] in paralipomenon uti describuntur per istum natan quem sibi
adoptauit. Cum [illegible] cum propheta quis per nathan. Cum uero fortiter quid agitur nathan
appellatur. Haec [illegible] iuxta litteram de propheta. Uideamus nunc quam iocundum et
salutis plenum hoc tam graue factum contineat misterium. Dauid qui interpretatur
manu fortis uel uisu desiderabilis xpm significat. Bersabee que interpretatur in latinum
puteus septimus uel puteus sacietatis sanctam ecclesiam significat. Urias qui interpretatur
lux mea deus diabolum figurat qui pulcrior et excelsior omnibus aliis angelis
conditus est. Nec mirum super dauid peccatorem xpm accipiamus. et
per uriam uero innocentem et martirem diabolum. Solet enim xpi nomen
aliquando doctoris et nigris describi litteris. Diaboli uero aureis deformari.
Figuraliter in tempore dauid bethsabee uxorem duxit. et triumphator diabolo
xpus sibi ecclesiam sibi copulauit [illegible] gemmis et monilibus ornatam.
Quam de lectus adam aut lauantem se meridie. in abluentem lacrimis poenitencie.
uel sanctificandam lauacro baptismatis. et in meridie id est feruore diuini amoris.
Tunc que sanctificata est ab inmundicia sua. In menstruis quippe erat bethsabee
ideoque inmunda. Sed mox ut concepit menstrua cessarunt. quod duo
ad sanctificacionem. Sed haec sanctificacio uerius nunc in ecclesia agitur. Hec
de misterio spiritaliter dicta. ceterum hunc psalmum penitendi con-
gruere debemus intellegere. Debemus intel. Dauid enim peniten-
ciam agens illum cantauit. ideoque ueniam meruit. Cantatur ergo
unusquisque poenitens uoce dauid poenitentis. et dicat miserere mei deus.
Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.
quia ego confiteor inmensam miseriam ideo peto magnam miseri-cor-
diam tuam. Minor misericordia dei fuit quod hominem qui non erat
formauit in presenti uita ex nihilo ut esset et quod illum regit et guber-
nat. Maior autem et magna misericordia illius est ut hominem quem
creauit in futuro remuneret. Cuius miserum putat de suis peccatis.

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_082_44V – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4934)